


AMSTELÆDAMI apud JANSSONIO-WAESBERGIOS & HENR. WETSTENIUM
cIↄ Iↄc. LXXXII

Digitized by Google

ALEXANDER MEDICEVS rhinocerotem pro Symbolo habuit:qui paulò humilior elephanto,& tergo buxei coloris quaſi thorace perpetuo munitus, cornuque oſſeo prægrandi ante nares armatus, obuio hoſti transfodere ventrem ſolet; niſi ab eo priùs, circumiectæ ad collum proboſcidis nexu, & quaſi laqueo, ſtranguletur. Eſt verò exitus pugnæ, aut victoria,aut mors decora: quia numquam,ſuperſtite aduerſario, de pugnâ redit; ſed aut vincit, aut cadit. Ideò ALEXANDER MEDICEVS ei adſcripſit Hiſpanicè: NON REDEO, NISI VICERIM. etiam ipſe aciem ingrediens, aut profligaturus hoſtem, aut in prælio manſurus.

FERDI-

Digitized by Google